



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De ordine dicendorum de Misericordia, & de descriptionibus eiusdem. Cap.  
I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

cium maius sit facultate tua Seneca: Cū summā amicitia sit amicum sibi æquate, vtrīq; simul consulendū est. Dabo egenis sed vt ipse nō egeam. Succurrā perituro, sed vt ipse nō percām. Quinto cauenda est exprobratio. Seneca: Haec beneficij inter duos lex est: alter statim obliuisci debet dati, alter memor esse accepti. Sexto malitiosa astutia inficiēdo. Dixit Antigonus Cy nico potenti talentū. Plus esse, quām Cynicus debeat petere. Pe tenti verò nummum, respondit. Minus esse, quām regē oportet dare. Ecce malitiose negabat: nam posset dare talentū, quia ipsa rex erat: vel nummum, quia ille Cynicus. Econtrario Alexande nihil animo nisi grande cōcipiens, cūdam vrbē donabat: & cū ille refugisset munus, dices illud nō conuenire suā fortunā. Nō quaro, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare. Secundo cauendū de ingrato querelā facere. Meliorēm facies ingratum ferendo, p̄ciorēm, cōquerendo. Nemo id esse quod ha videtur timet, deprehensō pudor emittitur. Sen. Ingratus est aduersus vnum beneficiū, aduersus alterum nō erit, duorū oblitus est, tertium in eorū quāx excederant memorī reducit. Quarto est exacerbare cū in quē magna contuleris, vt ex amico fūt inimicus? Seneca: Si Dcū imitaris, da etiam ingratias: nam & scleratis sol oritur. Idem: Ego beneficio meo, cum dare, vsus sum nec ideo pigrius dabo, sed diligentius: q̄ in hoc perdidī, ab aliis recipiam, sed huic ipsi beneficiū dabo. Beneficio igitur tanquam bonus agricola, cura cultūsque sterilitatem seli vincens. Nō est magni animi beneficiū dare & perdere, sed est magni animi perdere & dare. Idem s. li. de Beneficiis: Propositū est optimi virtū & ingentis animi tandiu ferre ingratum, donec fecerit gratum.

*¶ De Vindicatione.*

Sequitur de Vindicatione, quam sic describit Tullius: Vindicatione est per quā vis, aut iniuria & omnino omne quod obfutrum est, defendēdo & vlciscendo propulsatur. Hęc virtus maximè necessaria est habenti potestatē secularem. Ro. 13. Dei minister est, vindex in irā ei qui malū facit. 1. Pet. 3. Subiecti estis omni humanae creaturæ proper. Deū, siue regi quasi praecelesti, siue ducibus tanquā à Deo missis ad vindictam malefactorum.

*De misericordia P A R S X I I I I . quā subdiuiditur in septē capitulo.*

*De ordine dicendorum de Misericordia, & de descriptionibus eiusdem.*

C A P. I.

**S**equitur de misericordia, de qua hoc modo dicetur. Primo presentur eius descriptiones. Secundo, eius commendationes. Tertio quadam meditationes, quāx misericordiam iuvant.

Quarto,

Quarto, diuisiones pertinentes ad misericordia. Quinto, dicitur  
de quo sit facienda eleemosyna. Septimo, quomodo facienda.  
Circa primū notandum, q̄ misericordia sic describitur: Misericordia est virtus per quā animus super calamitate afflitorū mo-  
tetur. Damascenus verò dicit, q̄ misericordia est tristitia in alie-  
nis malis. Isid. 9.lib. Etymol. dicit q̄ misericors à cōpatiēdo alienae miseriæ vocabulum est sortitus: & hinc appellata est misericordia, quod miserum cor faciat dolens de aliena miseria.

*De commendatione Misericordiae.*

CAP. 11.

Misericordia commendat nobis & natura, & sacra scriptura. Naturā multipliciter. ¶ Primō, naturali compassione quam habent membra vnius corporis adiuicē. ¶ Cotinthiorum ius. Si quid patitur vnum membrum, cōpatiuntur omnia membra. ¶ Secundō, naturali pietate quam videntur habere animalia eiusdem speciei adiuicē. Dicitur enim in lib. de natura animalium, q̄ nō est autē vnius speciei ut se comedant. Itē quod mortua equa pullū eius relictū alia suscipit nutrīendū. ¶ Tertio, pietas que videtur esse animalium etiam irrationalium ad res alterius speciei. Dicuntur enim leones ad viā reducere aberrantes, & parere hominibus prostratis corā se, & animalibus infirmiōibus quam ipsi sint, nisi necessitas famis ad aliud eos coegerit. Item multis experimentis competitū est, quod lupi vel lupæ parvulos derelictos & a matribus expositos ab aliis bestiis defendunt, & etiā nutritiunt. ¶ Scriptura commendat nobis misericordiam multiplici admonitione. Deuter. 15. Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. In eodem: Non cōtrahes manū, sed aperies eā pauperi. Item: Præcipio tibi ut aperias manū tuā statu tuō egeno & pauperi. Tob. 4. Noli auertere faciem tuā ab illo paupere: ita enim fiet ut nec à te auertatur facies Domini. Pet. 9. Oleu de capite tuo nō deficiat, id est, misericordia de corde. Eccl. 29. Fœnerate proximo tuo in tempore necessitatis illius. In eodem: Propter mandatum assume pauperē. Eiusdem 7. Pauperi porrige manū tuam. In eodem: Exorare & facere eleemo-  
nā ne despicias. Eiusdem 29. Pone thesaurum tuū in præceptis altissimi, & prōderit tibi magis, quam aurum. Zachar. 7. Misericordiam & miserationes facite vnsquisque cū fratre suo. Mat. 19. Si vis perfectus esse &c. Luc. 6. Estote misericordes. In eodem: Omni perenti te tribue. Item: Date, & dabitur vobis. Eiusdem 11. Quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia sunt munda vobis. Item 12. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. In eodem: Facite vobis facculos qui nō veterascunt, thesaurum in-